



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Expeditur multas in oras.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

Academiæ officia in Procancellarium recidunt.  
 Ergo in magno is honore habetur, & præter stipendia certa, Eistetti Canonicatum habet. Quæ omnia quo magis ampla, ac quæ stuosa, hoc magis paupertatis, humilitatisque tenax Canisius refugit: eò etiam, quod procuratio illa in omnem vitam perpetua solet esse. Easdem ob causas Ignatius quoq; disertè reiecit, id solum Duci largitus, vt ( si qui fortè casus vrgeret) ad tres, quatuorūc menses, citra honorum insignia, & stipendia, Canisius eas partes suppleret.

*Experiens  
multas in  
oras.*

Dum autem tantum Ingolstadiani certant, vt eum virum Ciuitati alligent, Academiæq; suæ, certabat permulti vt ad se, vel ad breue tempus elicerent. Inuitabatur à Præsulibus magnis in vicinas oras, maximeq; in Saxoniam à Iulio Pflugio Episcopo Numburgensi ad miserias subleuandas gentes verbo Dei, & consilio ipsos Præsules dirigendos. Canonici quoque Argentoratenses ad se summis precibus aduocabant, cum essent nuper ab Imperatore Carolo restituti suum in locū, vnde Lutherani per summā iniuriam, & impietatē eiecerant. Cumq; sui iuris negasset se esse Canisius, illi & ad Ignatium Rōmam, & ad Cardina-

Icm

Iem Massæum Germaniæ Patronum, & ad ipsum  
Pontificem de ea re perscripsere. Quin etiam Epi-  
scopum Frisingensis, tum Eistettenis suo illum  
loco ad Concilium mittere, vel deducere cona-  
batur: sed omnibus Ducis ipsius Bauari studium,  
auctoritasque præpolluit, qui commoueri loco  
non sicut, ac B. Ignatius haud illibenter con-  
cessit; quod perpetuum societati Collegium (ut  
Dux Guilielmus instituerat) excitaturum se Al-  
bertus propediem demonstrabat. Neque tamen  
diutinus illius victoriæ fructus Ingolstadio fuit.  
Quippe ubi Collegij res in longum trahitur, cum  
annus iā seculi alter & quinquagesimus obrepser-  
set, & Viennæ Ferdinādus Romanorum Rex, qui  
postea Imperator fuit, Collegium inchoasset, &  
omnium disciplinarum præceptores expeteret,  
nec tanta præsto esset copia societati, B. Ignatius  
existimans nascenti Collegio succurrendū, mol-  
lissimā viam excogitauit, per quam Ingolstadio  
Canisium, & Gaudanum, qui cum eo versabatur,  
Viennam traduceret. Ferdinando suggestit, ut ip-  
semet ab Genero (namque Ferdinandi filiam ha-  
bebat Albertus in matrimonio) par illud Theo-  
logorum; quasi commodato postularet, donec  
Colle-

1552.